

Iorem verberum ut declinaret, ab aris ad sepulchrum patris herilis recurrit: nihilominus hanc deferbuit ira saevientis. Quo facto juxta Dei responsum à Crotoniatis eversi sunt Sybaritæ. Ita igitur Pytheum oraculum.

*Oraculum Delphicum*  
Felix omnino, felix Sybarita futurus:  
Dum rebus lætis veneravere Numina Divum:  
At simulacraque; illis mortalis homo anteferebat.  
Tunc veniet bellumque tibi, atque domestica turba.

Aliud malum omen Sybaritæ habuerunt in perniciem, nimirum perituros, ubi pro delicijs suavioribus invenirent ad altilia liquamen ex oleo & garo. Liquoris exquisiti genus fuit ex intestinis piscium: unde liquamen Garus, qui piscis ex genere locustarum, ex cujus intestinis primum garum confici coepit. Ad Plinium, 9. cap. 17-31. cap. 8. & Domitium Calderin. ad illud Martial. 13. Epigr. 102.

*Martial.*  
Accipe sustosum munera cara, garum.  
Hujus inventio Sybaritis fatale fuit: igitur ut refert Ælius Lamprid. in Heliogabal. Sybaritæ eodem anno perierunt, quo missum ex oleo & garo invenerunt in delicijs. Ludicrum profecto. Alia & magis in ruinam prognostica, 5. August.

13. Inter Argivos famigeratus dies propter festum Veneris Armata in proprio sacello. K. Græc. In æde superiore erat ejus imago titulo Morphus, de qua 12. Februar. n. 16. Collis est non utique magnus (ait Pausan. cap. 97.) in eo pervetus ades, & simulacrum armata Veneris. Unum hoc est ex omnibus qua viderim templis, alteram habet super structam eadem

*Imago*  
inquam tabulatum alterum, & in ea est Morphus cella. Veneris hoc est cognomen. Idem Cœl. Rhodigin. 18. cap. 12. Gyrald. syntagm. 13. n. 20. & Chartar. de Imagin. pag. 348. ubi: Statua erat aurea, ea sedebat: una manu aliquot papaveris capita tenebat, altera porrum, in capite polum caelestem. Idem Pausan. cap. 53. & Pier. Valer. lib. 54. cap. 8.

14. Ædes propria Armata Veneris erat sub sacello Veneris Morphus, cujus imago cum galerico, id est, capillorum reticula & compedibus. Addidisse ajunt Tyndareum compedes, quo innueret, compedum similitudine, quam firmam esse fide erga viros feminas oporteret. Nam Deam ulcisci voluisse compedibus, exprobrantem

*Imago*  
Veneri filiarum adulteria. Ut credam adduci non possum. Quam ridiculum, si putasset, ab effigie, quam à cedro fecisset Veneris nomine, injectis compedibus, penas exegi posse. Pausan. cap. 97. Chartar. d. Imago à Tyndaro posita erat, ubi sedebat Dea, habens in capite tegumentum, & ad

pedes pedicas: quibus innuebatur, uxores viros quibus cum sunt matrimonio conjuncta, connubialia vincula dissolvere non debere. Itaque non solum Veneris, sed etiam nonnullorum Deorum pedes pedicis vincti. Hac etiam de causa celebrata Venus Equestris, quia visa ab Ænea sicine, suggerens eadem facere, eò quod festus diuturna navigatione. Unde ea effigie coli Venerem jussit. Rhodigin. lib. 29. cap. 18. Ridet ex Leonida Vate, Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 13. accinens:

*Hæc Martis sunt arma: Venus cur cingeris istis?*  
Cur Cytherea geris tam grave pondus iners?  
Gyrald. d. aliam profert causam, subdens: Armata Venerem: quin etiam ceteros Deos Deasque lanceam tenentes effingebant, significantes, omnes esse bellicæ virtute præditos. Martem in vinculis, diximus, 12. Februar. à n. 11. & Curt. histor. Alex. 4. cap. 2. dicit à Tyrijs ligatum Herculem.

15. Magis consonum videtur, in regimen foeminarum compedes injectos fuisse Veneri: quo etiam intuitu illa etiam picta testudinem calcans, ut Plutarchus, in præceptis connubialib. quod regerit, de Virtut. mulier. Eadem imago exponitur à Chartar. d. pag. 346. Venerem esse (ait) pede testudinem calcantem; ut eo mulieres ducerentur, ad ipsas domum custodiam pertinere, easque decere, parum admodum loqui; cum illis silentium sit maximum ornamentum. Testudo lingua caret. Totum ex Pausania, cap. 203. qui hanc signat Cælestem Venerem, cujus signum ex ebore & auro Phidias opus, pede testudinem calcantem. Idem Rhodigin. quò dudum. Tertullian. de Cultu foeminar. cap. 7. illis dicit: Pedem domi figite. Balthal. Bonifac. in Histor. ludicr. lib. 3. cap. 18. Id (inquit) ex Venere Phidias videtur muratus, quam cochlea insidentem proposuit, ut mulieribus intimaret quemadmodum nec vocat a quidem ad Jovis convivium (de quo Achill. Bocch. Symbol. 110.) domo exire voluit, illud ingeminans: Amica semper est domus, & semper optima domus. Ita matrem-familias intra penates se continere oportere. Plura congerit in propositum Claud. Minos in Emblem. 195. Alciati, qui accinit:

*Alma Venus, quanam hæc facies? Quid denotat illa*  
Testudo, molli quam pede Diva premis?  
Me sic effinxit Phidias, sexumque refert  
Foemineum nostrâ jussit ab effigie.  
Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas,  
Supposuit pedibus talia signa meis.

*Venus Equæstris*  
Leonid.

*In vinculis*  
Imago Veneris Armatae.

*Testudo cum ea.*  
Venus caelestis, & imago.

*Potes minar.*

*Alciat.*

*Fœ-*

Fœminæ commendat singularem venustate, servare cum silentio lumina viri. Domus vivum sepulchrum, sed pulchrum pulchræ fœminæ. Aliter erit senaculum foeminarum, institutum ab Heliogabalo, in quo lites matrimoniarum, & qua veste, quo modo, quo cultu, quamque foeminam incedere oportere, pragmaticè decidebantur. Lamprid. in eo. 16. Alij Armata dixere Venerem, quia in conjugio nulla arma habeat foemina in lasciviam nisi fufum & colum, quin otia videat, abjectis quiescens mundi mulieribus, pixide & speculo, qua de causa, ut diximus, 28. Januar. n. 20. Lacenam euntes in ædem Armata Veneris speculum cestumque deponabant ad flumen Eurotam, & instar Deæ sumebant clypeum & hastam. Non dicandum Veneri speculum præ adulta ætate, atque formâ deformi, uti fecit scandalum Athenarum, de qua Aufonius, Epigram. 54.

*Senaculum mulierum.*

*Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se*  
Eterna æternum forma ministerium.  
At mihi nullus in hoc usus; quia cernere talem.  
Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.  
Longè sit ab animo foeminarum hujusmodi intuitu, speculi muliebriusque mundi dicatione. Veneri dicandum, ut florente ætate extulet à corde Venus, ut sine speculo sint spectantibus speculum probitatis, & in forma novâ virtutis, candorem simplicitate tribuente, pudicitiam ruborem, colorem verecundiâ, auctoritatem circumspeditione, majestatem gravitate; queis dotibus sunt pulchriores. Hoc profecto consilium Græcorum in effigie Armata Veneris. Armata Venus à prioribus culta (subdit quo supr. Rhodigin.) prope Acrocorinthum fuit templum ei dicatum, in quo simulacra, ipsa Venus armata & Sol & Amor cum arcu. Non Cupido sed Amor cum Venere armata, ut eluceat instar Solis fulmen pudicitie, atque radius pulchritudinis.

*Aufon.*  
Quando prudenter speculum à summa dicitur Veneri?

*Venus cum Sole & Amore.*

*DIES XII. MARTIJ.*

*IV. Id. I*  
Gradusque XXII. Solis in Piscibus. Dies tenebrosus apud Dariotum. Ater, K. R. V. & Reufner. Desinit Piscis à tergo elevari: Septentrio vel Auster stat. Ptolom. Mulier pannis lacris induta. Arabic. sphær. Oblatio ultima pro tribu Nephtali, in dedicatione Tabernaculi, Ahira Tribus principe. Numer. 7. 78. Videtis diem 1. n. 2. Hac in die post 39. annos ab Hæye in Chronic. signatur Aqua contradictionis; de qua pridie, n. 2.

*Aqua contradictionis*

2. Ab hinc ann. 790. scilicet, à C. V. 35. à mundi exordio 3335. juxta Salian. & Briet. & 3329. in sententia Torniel. Tobias senior, percussus exprobratione uxoris (ex objurgatione viri) simulque pressus injurijs ac despectu cognatorum (uti dictum, die 10. n. 7.) ut ali quatenus quiescere valeret, ad verum Numen recurrit; exigens, vel interveniente morte, & tot crebris acerbitatibus eripi, quas senex gementi exponere; ut quomodolibet esset expers, potissimè illum affligente cecitate. Eadem itaque die Sara filia Raguëlis in Rages, Medorum civitate (alia utique ab illa, in qua Gabelus habitabat; dicta Ecbatanis, quia in Ecbatano monte constructa, ut innuitur, Tob. 5. 8. Ad illam Rages, ubi erat Raguëlis, ab altera diversa; ubi Gabelus morabatur; ad quem destinata profectio; Gasp. Sanctius hic cap. 6. n. 46.) quæ septem maritorum nomine, & nullius usu; quoniam primæ nuptiarum nocte libidine flagrantis Amodeus suffocaverat, audivit ab ancilla pro-cace, heræ percita increpatione, & commota bile, intolerabile probrum, quasi illa viros occidisset. Intimè Saram pupugit servæ aditrepia ex qua cordolum acerbum, quod sedit pectore altâ mente repostum. At cum esset ab impostura immunis, utpotè innocens, confugit ad Deum, & recedens in solarium, tribus diebus cum noctibus jejunavit, exiguè cibum sumendo, quasi non sumeret cibum; quippe illo triduo afflictâ copiosa lachrymæ verè panes die ac nocte. Ibidem, cap. 3. à 7.

*Tobias senior mori optat.*

*Sara Raguëlis injuria a cepitam Nemi-ni exposuit.*

3. Hac etiam die Ann. 4494. juxta Adrichom. in Chronic. Esdras Scriba doctissimus (quem perperam) Brietius confundit cum Nehemia, Ann. V. C. 299. & Rabbini cum Malachia) convocatis Principibus Juda & Benjamin, alijsque exulibus, redire in patriam cupientibus, ad Euphratem; indixit illis jejunium per triduum, ut prospere pervenire in patriam valerent. Vide diem 9. n. 5. Promovimus ergo (dicitur, 1. Esdr. 8. 31.) à flumine Abava (Euphratis rivulo) duodecimo die mensis primi; ut pergeremus in Jerusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via. Recufaverat enim ex Pergore deductores equites, Deo suam suorumque salutem commendans, votis conceptis pro incolumitate, felicique itinere; ait Joseph. 11. Antiquit. cap. 5. Secum ferebat Esdras vasa aurea & argentea, quæ ab Artaxerxe, alijsque Principibus acceperat, ac divitem sacram supellectilem. Verum ante

*Esdras cum suis ab Euphrate pergit in Jerusalem.*

*ex-*



exitum separavit Esdras duodecim de Sacerdotibus, quibus commisit vasa Domini, & munera que mittebat Rex in Jerusalem, & Principes eius & populus. Petr. Comestor, in Judith. cap. 5. Pervenerunt itaque in urbem, 1. Jul. ut videbimus ibi, n. 4. incolumes, quin ullus auderet progreditionem contradicere, nec adversari decreto Regis Persarum, etenim consilio septem Satraparum, sive Magorum decretum.

4. Hoc etiam die ab adventu Esdrae in Jerusalem anno secundo (ut placet Brietio in Chronolog. prolegom. quæst. 11. qui longè à sententia Tornielli, ann. 3650. à n. 1. asserentis non sub Artaxerxe Longimano, sed sub Mnenone, historiam Estheris contigisse) Aman infestus Judæis, quorum exterminium dolosè impetraverat ab Assuero, fortes misit in urnam, quibus superstitione præsciret, quo die, quaque horà habenda carnificina, & in quo mense. Exiit dies 13. mensis duodecimi, qui Adar, Esth. 3. à 7. Hoccine dæmonis oraculo lætus, ad Regem sequenti die ridens accessit; & annulo, quem ei tradiderat Assuerus, signavit decretum de exterminio Judæorum, subscribentibus in testimonium Scribis regijs; ut mitteretur in omnes provincias. Postridiè referendum, n. 5. Computatio præfatorum Auctorum nobis haudquaquam arridet: igitur præter dicta, 28. Februar. n. 8. Artaxerxis anno septimo, missus est Esdras in Judæam; ut constat ex lib. 1. cap. 7. v. 8. Fortesque in Judæorum stragem in urnam misit, Mense primo, anno duodecimo regni Assueri. Sunt enim quinque anni intermedij. Videant qui historiam referunt in concordiam. De Sortibus, latè egimus, Tom. 8. T. 10. in Exposition. Litter. à n. 24.

5. Anno ab hinc 291. mors impijssimi truculenti Antiochi Epiphanis. Reucl. ex 2. Machab. 9. 28. Cupiens hæccine radix peccati, à Juda Machabæo clades acceptas jactabundus retaliare (postquam spoliare conatus est Jovis fanum, Persepoli situm, in belli expensas) audita strage copiarum sub Ducibus Timotheo & Nicanore, facta in Judæa; furore percitus, agitare jussit curru suum, à quo prolapsus corruit, gravi corporis collisione fugillatus, ex plagaque invisibili & insanabili affectus, summeque afflictus, tanquam è cælo à Numine despecto percussus. Sanguis enim per totum corpus è venis excussus, & in saniem mutatus, in vermes abruptus; ex quibus nec ipse foetorem valebat ferre: unde rabie, cunctorum voluptate, animam pessimam evomit, corrosus à vermibus: 2. Machab. 9.

Sortes Aman.

Mors Epiphanis.

28. Hieronym. in Daniel. 11. Diodor. Sicul. pag. 144. & Appian. in Syriac. Multa de Judæis eorumque Numine præclara dixit, sed ductus dolore, haud criminum poenitudine. Ibid. At uti malignus, vel cruciatibus amens, iniqua vel moriens gessit: Philippo etenim, uni ex Principibus exercitus, tradidit anulum, purpuram & diadema, relinquens Lysiam filij sui nutritum & pædagogum; quod quidem inter utrumque postea discordiæ fomes. Adrichom. in Chronic. ann. 3800. signat mensem, sed non diem, sicut Joseph. 12. Antiq. cap. 14.

6. Ex Ethnicis historicis nemo est, qui non vitia virtuteque in Antiocho non naretur. Si vitia, Epimachus dicunt; qui vino & Veneri deditus, insolens; sævus, iracundus & furiosus. Si virtutes, Epiphanius plautus, quia liberalis & rebus agendis strenuus. Videndi Athenæus, 10. n. 10. & Polib. leg. 26. Læneum velum textili Assyriorum opere, phœniciæque purpurâ luculentissimum, in aede Jovis Olympij consecravit. Paulsan. cap. 159. ut videbimus, 8. Septemb. n. 5. qui subdit: Ejusdem donum fuit agis aurea, addita à Gorgone; que Athenis in theatri fastigio, inter cetera dona locata est. Statuas pretiosas in delubro Apollinis Delij juxta aram reposuit. Ammian. Marcell. lib. 22. In Daphnæi Apollinis ad Antiochiam templo (de quo 17. Februar. à n. 7.) simulacrum Olympiaci Jovis posuit, ejusdem magnitudinis: & Antiochiæ Jovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum modò, sed parietibus totis laminâ inauratum, erexit. Compilavit cuncta Joann. Foy-Vaillant. in Seleucidar. imperio, ad Antioch. IV.

7. Erga Epiphanis mortem Antilogia occurrit, de qua 12. Januar. à n. 1. Nodum solvere satagit Comestor in Esther, cap. 9. astruens interfectum in templo Næneæ, non fuisse Siderem, nec Epiphanem, sed hujus patrem Antiochum Magnum. Fallitur, quia Antiochus Magnus de re Judaica egregiè ac prolixè meritis: ut observant Serarius, Sanctius & Redan. in 1. Machab. 1. & dicendum 5. Octobr. n. 8. Hebræi tractat. de Divortio, & ex his Genebrard. ann. 3934. ait: Postquam tot scelera pertravit, periit Epiphanius miser, que in ejus naves jussu Dei involaverat, & maximo cruciatu ejus interiora sensim depascatur. Ficta poenitentia decepsit, & insolentia superbè ac arroganter plenus. Indicat imago sigilli ejus. Videntur adhuc stateres Antiochi (subdit Doctiss. Sanctius in 1. Machab. 6. n. 14.) in quibus Regis caput cum diademate in facie

Epimachus dicitur.

Cur Epiphanis?

Antilogia.

An ista msa sic interfectus?

Ejus sigillum.

cie numismatis. In tergo verò, homo nudus cum baculo, dextrâ Solem gestans, in capite Lunam, cum inscriptione: Basileos Antiochus Epiphanius. Sic igitur præcurfor Anti-Christi, ut ait Maluend. lib. 1. cap. 9. line manu contritus, uti à Daniele prædictum, cap. 8. 25. Genebrard. d. appellat Anti-Christum veteris Testamenti, & Joseph. Ben-Gorion, in Histor. Judaic. lib. 3. cap. 6. Belial. Adi Cyprian. ad Martyres, cap. 11.

Præcurfor Anti Christi.

8. Nicanor, qui Dux exercitus sub Epiphane, sæpe victus à Machabæo, Rege fato functo, haud filio ejus Antiocho Eupatori fervire voluit; sed Romam ad Demetrium obsidem abiit, quem comitatus est, quouique regnum Syriæ obtinuit: qui quidem ut placaret querulum Alcimum, missus est à Demetrio cum exercitu in Judæam adversus Machabæum, cujus virtutem bis vel invitè didicerat, in pugna victus. Propterea, ut suæ denigratæ famæ consulere, quin Demetrio displiceret; elegit, amicitia foederari, quod armis illi videbatur impossibile. Hinc à castro, in quo Simonem Judæ fratrem superaverat, legatos misit Machabæo (Adi, 29. Februar. n. 5.) dextram offerentes, ut acciperent. Diu Judas cavens de dolo, cum suis egit, & placuit denique cunctis, amicitijs annuere, concedereque postulata. In foedus ergo & colloquium constituta est dies duodecima Nisan. Ben-Gorion, d. cap. 12. ex 2. Machab. 14. 20.

Nicanor factus cum Machabæo mi.

Antilogia.

9. Pro tantorum virorum auctoritate, paratè erant in senaculo sedes regie, quæ parem in utriusque dignitatem ostenderent. Judas verò, cum tot experientijs didicisset fluxam Ethnicorum fidem; opportunis in locis adesse sibi jussit milites in prociectu, siquæ in colloquio simulato foedere explorarentur invidiæ. Ibid. v. 22. Longè tunc à dolo Nicanoris animus. Cum verò, 1. Machab. 7. 29. dicitur: Venit ad Judam & salutarerunt se invicem pacifice, & hostes parati erant capere Judam; haud tunc fuit, sed quum Demetrius denuò instantiâ Alcimi, Nicanorem jussit comprehendere Machabæum; de quo 14. Augusi. à n. 5. ex 2. Machab. 14. à 27. In illo igitur articulo nihil obliquè nec iniquè moliebatur, immo erat Machabæo inclinatus, illum habens charum ex animo & corde: immo ut vel levem doli amoveret suspitionem, greges turbatum, que congregata erant, dimisit. Ibid. à v. 23.

10. Ergo ut congruum habuere colloquium, inita ex familiaritate intimâ necessitudine; venerunt simul in Jerosolyma: quò quidem quietè hilariterque debebant, mutua amoris ac benevolentia consuetudine

utentes. Nicanorem itaque Judas (ut ait Joseph Gorionides, d. cap. 23.) in urbe geniali accepit convivio, idque sæpe. Flav. Joseph. 12. Antiquit. cap. 17. Data vicissim & accepta fide (ait) exceperunt eos hospitallyter cum toto exercitu. Convictu amicitie quotidie frequentiore, Nicanor Machabæum suavit, uxorem ducere; ut ex ea sobolem acciperet generosam, & tanto parente dignam: etenim non ex columbis, sed aquilæ ex aquilis. Hinc paucis diebus nullum inter eos vel gliscientibus factionibus, seminatam dissidium. Ibid. Reliqua 27. Maij. à num. 4. Reusner. in Diario signat hodie victoriam Judæ primam de Nicanore. Fallitur, uti dicemus, die 28. n. 5.

Machabæus Nicanorem in convivium adducit.

11. Ann. Christi, 31. & primo prædicationis, astruit Alapid. in Chronol. num. 13. instante Paschate illum ascendisse Jerosolymam, & flagello eiecisse è templo vendentes & ementes, ex Joann. 2. à 15. Hieronymo placuit percussos fuisse vultus fulmine, radiante facie. Tunc etiam multa patravit miracula & ad se plures allexit. Ibid. à v. 23. Adi diem, 15. n. 9. Ann. 32. De fidei erga eum constantia, ac solitudine rerum temporalium abijcienda, commendabilis Salvatoris paranelis. Reusner. d. simulque provocatio in poenitentiam. Anno 33. Gislendis signat prolatam insignem parabolam de talentis, sive decem minis; & ann. 34. concilium Phariseorum, sacerdotumque Principum, Præside Caipha adversus Jesum, ex Joann. 11. 47. Aliter Alva, Tabul. 5. refert cæcum illuminatum à Salvatore juxta Jericho, Jesum ingredientem susceptum hospitem à Zachæo, cujus illustravit domum; & quod in Synagoga concionatus est de pane coelesti & Manna. Nescio quibus conjecturis, potissimè postposito tempore. Hac die in Judæorum Synagoga legebatur cap. 9. Levit. à v. 1. usque in 12. exclusive, & 2. Reg. 6. 1. usque in 7. 17. Lamy.

Christi gesta.

11. Romæ dies ater. K. V. R. Comitialis K. Mass. Ab Halicarnass. lib. 4. n. 19. nigitur census factus populi à Servo Tullo, & etiam lustratio. Perfecto censu, omnes cives jussi sunt, quòd armati per centurias adessent in Campo Martio: ibi instructos Equites, pedites & velites lustravit Tullus, hostiaque Marti sacra ter totum exercitum circumdedit. Tunc manumissis servis, nisi mallent redire in patriam, communicavit jus civium, jussis cum ingenuis bona in centum referre; quos in quatuor urbanas tribus distribuit. Ibid. Post Republicâ florente census annui (ad hoc etiam civium ordinabatur census) sive census civitatis, per capitatio-

Lustratio populi & exercitus post censum.

Census urbis.



nem factus, in foro posita hasta exigebatur à Consule. Rosin. 5. Antiquit. cap. 28. & Dempster. hic, qui excerptit ex Ovidio, 4. de Pont. Eleg. 5. v. 19. & 9. v. 45.

Aur populi reditus positum componet ad hastam,  
Et minus magna non sine Urbis opes.  
Nunc longi reditus hasta supponere iustri  
Credet, & exacta cuncta locare fide.

Adi Plutarch. & Cornel. Nepotem in Pompon. Attic. quibus astipulatur Coel. Rhodigin. lib. 21. cap. 17.

12 Hoc quoque die dicitur translatum Asylum. Blondus & Pyghius de Reb. Roman. Tom. 2. Annal. Quid Asylum & ubi, diximus, die 7. n. 16. & 1. februar. n. 13. Majoris animi, quam opum & virium robore, Romulus urbem considerat, quam ubi inter suos distribuit, rarioribus habitata colonis vidit, & magnum in urbe non magna desertum. Eam ut impleret, Asylum aperuit, ad quod confugerent, qui tunc in vicinis urbibus propter crimen esse non poterant; ut arbitri essent orbis terrarum non opationes solum, sed & quos ipsi Romanis postea nominare pudor fuit. Ita Romulus pluribus, quam melioribus imperare maluit. Ut tamen boni ex malis fierent, sanctissimis legibus providit. Haftenus Briet. Ann. 2. v. c. Potitus est voto, sed non plenè: etenim multi ex vicinis civitatibus ingressum abnuere, eò quòd foeminis etiam Asylum Romulus apperuisse. Tit. Liv. lib. 1. sect. 28. Aperuit, sed necessariò alibi transferendum, ut observat Marlian. in Topograph. Rom. cap. 59. & in Epitom. 4. cap. 10. In Aventino juxta Socordiae templum asylum situm, ad clivum publicum, adhuc in urbem venientibus multis millibus Latinorum, de quo die 10. n. 13. Asylum (subdit Marlian.) quidam in hoc loco ponunt: verum in Capitolio primùm Asylum fuisse se edificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tanta opes sunt congestae, & senatus subinde in eodem convenirent; non satis tutum visum est Romanis, in eum locum latrones, aliosque omnis generis infames homines confugere atque habitare. Visum igitur illis, tutius esse aliud asylum transferre: itaque non solum uno loco, sed pluribus deinde asyla esse caperunt: nec Roma modò, sed alibi quoque terrarum. Refer etiam Tit. Liv. lib. 35. sect. 116.

13 Alij alibi collocant asylum, ut Ovidius, sub rupe Tarpeja: canit enim 3. Fast. v. 119.

Tum quoque vicini lucus celebratur asyli,  
Qua petit aequoreas advena Tybris aquas.  
Quamquam hi versus certam (ait Janus Boissard. ex Marlian. Topograph. cap. 138.) non

faciant fidem de loco Asyli; tamen cum in Capitolio, quòd prius fuerat constitutum, fuissent multa templa atque aedificia excitata; credendum omnino esse censemus, in alium locum esse translatum, atque in eum quem dicunt totum id spatij occupavisse, quod est à rupe Tarpeja, hinc ad forum Boarium usque, inde ad pontem Senatorium, & ad radices usque Aventini montis. Patet Asyli mutatio: ejus conditiones & Numen praeter dicta locis cit. referemus, 22. April.

14 Ann. v. c. 386. Roma illustrata novis Magistratibus, Praetura scilicet & Aedilitate Curuli. Liv. lib. 7. à sect. 1. Causa institutionis, quia in urbe non manebat qui jus civibus diceret, avocatis Cofs. à bellis finitimis. Idem lib. 6. à sect. 15. & Cicer. 3. de Legib. Ob multitudinem consulentium postea instituti sunt duo, ex quibus unus dicebatur Urbanus, & alter Peregrinus: hic ut exteris jus diceret: ille civibus. Illorum insignia, Praetexta, Sella Curulis (quae erat sella eburnea, qua in publico & privato loco sedendi causa utebantur) hasta & gladius, illa ad jurisdictionem, hic ad quaestionem. His adhaerebant ministri necessarii, Scribae scilicet accensi (id est, qui accirent, quos Praetores volebant, ut ait Festus, lib. 1. & Varro, 4. de Ling. Lat. in.) simulque lictores. Praetexta fuit toga purpura praetexta, quam votis solemnibus nuncupatis una cum caeteris insignibus accipiebant. At verò exuebant, modò capitis aliquem damnarent. Quare etiam apud Valer. lib. 9. cap. 12. (non inveni) legimus (ait Rosin 5. cap. 32.) quod Praetores aliquem capitis damnaturi; praetextam prius deposuerint; eam forsasse ob causam, quia tristem sententiam, in veste letitiam indicante ferri non deceret. Pridem eligebantur & ornabantur Praetores Kalend. Januarij, ut caeteri Magistratus; sed post ad nutum & placitum antecessorum, quibus fas diem differre, ut observat Alcon. in Cornelian. & Cicer. in Vat. Electionis eorum non status, sed dies conceptivus; quapropter cum ad electionem Praetorum signatus fuisset dies ante IV. Id. Martij, Ann. v. c. 577. tanta irruit tempestas; ut propter illam Praetorum electio dirempta fuisset. Malum omen ex Ventis & Tempestatibus Romani conceperant; qua de causa colebant tanquam Numina, ac in placationem fiebat procuratio. Videlicet diem 10. num. 15. & denud dicemus, 1. Jun. Praetoribus denique congruebat, Ferias indicere, cessabantque illorum verba, Do, Dico, Abdico (Aul. Gell. 10. cap. 24. & Macrobi. 1. Saturnal. cap. 4.) sicut in diebus Nefastis. Adi Rosin. lib. 4. cap. 3. Ann.

Praetura & Aedilitas Curulis.

Quae sella Curulis?

Praetor urbanus & peregrinus

Eorum insignia.

Quid praetexta?

Quando Praetores exuebant

Translatio eorum electio.

Asyli transitio.

Institutio.

Negativus feminis.

Quare se edificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tanta opes sunt congestae, & senatus subinde in eodem convenirent; non satis tutum visum est Romanis, in eum locum latrones, aliosque omnis generis infames homines confugere atque habitare. Visum igitur illis, tutius esse aliud asylum transferre: itaque non solum uno loco, sed pluribus deinde asyla esse caperunt: nec Roma modò, sed alibi quoque terrarum. Refer etiam Tit. Liv. lib. 35. sect. 116.

Ovid.

15 Ann. 431. Romae Aristoteli erecta statua. Boissard. Topograph. Rom. part. 4. pag. 42. De illa Cicer. lib. 4. ad Attic. epist. 9. In onge à forma Romana (ex qua duntaxat in quadrato lapide patebat caput) erat quam Graeci tribuerunt Aristotelis statuae: equidem pingebatur face explorans pectus foeminæ, quam Naturam indigitabant. Sardonius verò, lib. 9. epist. 9. pingit Aristotelem brachio exerto habitu orantis. Eadem apud Isaac Grangæum, in illud Javenal. Satyr. 2. v. 6. Si quis Aristotelem similem eruit. Digna ergo statua cujus inimitabilis eruditio, perspicaxque sublimis intelligentia: quare cum aliqua altiora dicitur Plato, & abesset Aristoteles; dixit: Ubi Philosophus veritatis? Denud accidit, simulque caeteros discipulos allocutus: Non venit intellectus. Rhodigin. 29. cap. 8. Audivi à sciolo, sed Thrasone, Aristoteli tribui pepili ornatum, uti Minervæ; quippe nimis mundiolum. Audierat pepilum, sed neciebat extensionem vocis, nimirum significare picturam, seu descriptionem; ut notat Porphyrius, in Minerva, quem secutus Rhodigin. 14. cap. 18. dicens: Conditum ab Aristotele commentarium, cui titulus, Peplus; in quo Ducum exsequabatur genealogias, & navium quoque numerum ad Trojam profectarum: quin & in singulos Duces epigramma, disticha plurimum, praeterquam in Ajacem. Vox etiam apud Latinos. Peplographiam Varro dicit Cicero ad Attic. lib. 16. epist. 11. Reliqua de Aristotele suis in dieb.

Ejus perspicax ingenium.

Quid ejus pepili?

Triumphus P. Furii Philonis.

Scyrophoria.

Quid Scyropa?

Pugna Colophonica.

terum ingrediatur; sorti permittitur. Ita pugnant, ut infestis manibus & calcibus insultent: moribus etiam corpora sedent, & oculos hi plerumque illis eruant. Bini quidem ad hunc modum congregiuntur; sed toris etiam agminibus impressionem faciunt, atque una acies alteram in aquam detrudere omni nisu contendit. Sulti, gratiores Numini arbitrabantur, qui plura vulnera ex certamine tulissent; ut foeminæ in pugna ad paludem Tritonidem; uti praelibatum, 3. Januar. n. 15.

18 In Cypro Sacra Diomedis, haud foecio Ulyssis, Iydei filio, sed Regi Thraciae, quem vicit Hercules, sublati equabus, quas humanis corporibus placebat, de quo, 5. Februar. n. 12. ita Theodor. Gaza, in Mensib. Graec. Festum profecto ingratum, est Diomedis, dum viveret, geniale propter truculentiam. Non illi primùm institutum, sed filio Cecropis & Nymphæ. Unde Bulenger. Adversus Magos, lib. 3. cap. 3. Salamine (inquit) mense qui Cypris dicitur Aphrodisius, homo mactabatur Agraulio, filio Cecropis, & Agraulidi Nymphæ; qui mos ad Diomedem usque obtinuit. Postea humanam victimam Diomedis fieri ceptum: uno ambitu templa Minervæ, Agrauli & Diomedis continebantur. Qui aris devotus esset, ab ephebis ter circum aram decurrebat, inde sacerdos hasta jugulum ejus fodiebat, & in pyram ardentem clatum, pro holocausto cremabat: quem quidem ritum Diphilus Rex Cypris suscipit, bovemque hominis loco mactari jussum. Plura de Diomedis equabus, ac per illas de diritate sanguinolenta dixere AA. loc. cit. sed nullus alius proprius & subtilius Mythologiam exposuit, praeter Coel. Rhodigin. 13. cap. 8. Hac porro tetra libido Diomedis filias in Thracia, equarum nomine celebres facit; ut qua turpissima adventantes vorasse, sic dicit: Equae enim dicitur, sicut in Attica Leanae, & inter Romanos Lupæ.

Sacra Diomedis Thraciae.

Quae illius equae?

Apollo Egineta.

Imago.

19 Hac etiam die Sacra Apollini Eginetae. K. Graec. Nescio quare Sacra, & cur Apollo Egineta dicitur, maximè cum ad statuam Apollinis stare dicitur senex lorricatus & saucius. Signa haec haud in Egineta insula, de qua Pausan. cap. 48. sed in Aegira oppido Achajæ invenio: nec in fano Apollinis, sed in sacello Fortunæ & Amoris. Ibi ergo subdit idem cap. 234. Est in eadem adicula vir senex jam, prope modum ejulantis facie. Mulieres tres armillas sibi detrahunt, & adolescentes toridem: ipse lorica est indutus. Hunc Achai bellicæ virtute omnibus Aegiratis praestantissimum tradunt: qui cum fortissimè pugnans cecidisset; fratres ejus mortem domi nunciaverunt. Sorores itaque